Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 271
Quelle:
Copyright:

vasse, vetustissimum illum esse Επιθαλαμιογραφον. Demum de Difficultate hujus Epithalamii, de Interpretibus Moralia tantum et Anagogica sectatis, deque sensu Literae parum solicitis agitur, ubi inter alia: *Primus Origenes — duabus, Hieronymus vero quatuor editis Homilijs vix ultra secundum caput processerunt, Bernhardus octoginta Concionibus ne tertium attigit, Nyssenus in medio constitit, Beda illorum vestigiis progressus haeret in Anagogijs.* Tractatio de Forma et Autoritate *Cantici Cant.* Praefationem hanc solide et copiose eruditam, quaeque Commentarii ipsius desiderium acuat, terminat, cujus scriptae tempus ex ultimis verbis liquet; ait enim Autor *Canticorum* Librum inter Canonicas Scripturas habendum, *nuper referente sancta Synodo*, videlicet Tridentina.

II. *fol. 66. Vocablos Castellanos, cuya origen es de las Lenguas Griega, Latina, Hebrea, Caldea, Arauiga. Deduzidos por el mesmo Autor.* Etymologicon istud confirmat Την Πολυγλωτΐιαν *Hispani* nostri. Nihil de eo *Nic. Antonius*, nec nuperi *Bibliothecae* ejus restauratores. Neque ejus mentionem in *Bernardi Aldrete Origen y Principio de la Lengua Castell.* aut in *Sebast. Covarruvias Tesoro de la Lengua Cast.* aut in Reg. Academiae *Matrit. Diccionario* fieri memini, quibus tamen omnibus antiquitate praestat. Praemisit vero Autor eruditam de necessitate et ratione Studii etymologici Commentationem, quae incipit: *En las Etymologias de los vocablos Castellanos, pues se sabe la confusion, que hay en todas las Lenguas desde la torre de Babilon hasta aora, quando en la propria materna no se halla la Origen, a se de acudir a la Lengua, que vltimamente se estendio per Hespanna por la nacion, que la sugeto, com o la Arauiga. Si alli falta, a la Latina, que traxeron los Romanos, quando la sugetaron, o Griega, pues hay fundaciones y antiguallas de Griegos por toda Hespanna.* Et interposita narratiuncula de Saxo *Matriti* reperto cum insculpto Dracone, quem ad *Epaminondam* ex *Pausania* referendum censet, prosequitur: *Pues non hallandose la Etymologia del vocablo Castellano en la Arauiga, Latina, ni Griega, lo seguro y cierto es, acudir a la fuente y madre de todas las Lenguas, que es la Hebrea mayormente hauiendo dexado los Judios en Hespanna vocablos infinitos, como parecera despues.* Subdit ingeniose: *Y como el otro dixo a Cesar, por no consentarle vn vocablo de qui el mucho vsaua:* Ciuitatem dare potes, Verba dare non potes, Caesar! *assi tanbien aunque los Reyes Catholicos echaron los Judios de Hespanna, non pudieron desarraygar muchos vocablos, que ellos hauian introduzido.* Plenius dixisset Noster, si vel omissa *Latina*, cujus alioqui filiam esse *Hispanicam*, nemo est, qui nesciat, ad *Gothicam* linguam etiam ablegasset Derivationum inquisitores, id, quod dein-